Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Que respondendo dixit qd ipsa olim ante Annos viginti ut credit per se-
decim annos vel circa extremitates manibus et pedibus contracta iacuit
et multas adhibuerat medicinas sed in nulla unquam relevari poterat
Tandem ex diuturnitate infirmitatis sue quasi desperata flevit et cum
ita desperate fleret sinistra pars mentis sue ex proprio loco se amovit ita qd
nec os aperire nec linguam amplius movere poterat. Deinde cum se ab
omnibus derelictam cerneret et quadam die circa festum Pentheoste Anno
domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo invocavit beatum Leopoldum pro
sanitate recuperanda et se in maxima sua infirmitate cum osculatorius
Crucis ad Tumbam suam adhuc ferebat Circa quam devotas suas oraciones
ad beatum Leopoldum effudit tangendo Tumbam et mentum ac alia
membra sua infirma hinc inde circa Tumbam linendo illico statim sanata
fuerit et sine aliquo iuramento sana in domum suam redierit Cruce hodie sana coram
domino Commissario apparuit Credens ipsa testis fieri id ex meritis beati
Leopoldi miraculose accidisse

Et fuit Iuramentum eidem testi prout est moris &c

38 mk

Eadem die fuit Examinata Discreta mulier Anna Relicta Michaelis
Prantner de Sancto Oppolito Patamen dicti etatis sue viginti octo Annorum
vel circa que deposuit vt sequitur.

Et primo super Primo secundo et aliis articulis vsque ad octavum inclusive
testis examinata dicit articulos fore veros quia semper ita a senioribus suis
audivit

Super nono articulo incipiens Item qd sepius contra infideles &c Testis
examinata dicit sibi nil notum Ita respondit ad Decimum articulum

Super undecimo articulo incipiens Item cum toto ipse vite sue &c testis examinata
credit articulum fore verum quia contrarium non audivit

Super Duodecimo articulo incipiens Item qd propter bona opera sua &c testis
examinata dicit articulum fore verum quia hodie ita cognominatur

Super Tercidecimo et Quatordecimo articulis incipiens Item qd a se de
infirmitate &c et Item qd propter virtutem et bona opera sua &c testis examinata
dixit vt ad nonum articulum

Super Tunicidecimo Decimosexto decimoseptimo et decimo octavo ar-
ticulis testis examinata dixit ut ad primum sedem

Super decimo Nono articulo incipiens Item qd post mortem suam clarum &c
testis examinata dicit articulum esse verum quia magnum miraculum in ea
ostensum sit et audivit eciam ab aliis plura et diversa miracula facta esse
Interrogata huius Interrogatorii supra denotati Testis ipsa respondendo
dixit qd de Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio
incidit in paralisim et continue per tres angarias iacuit sive in lecto iacuit
paralitica non potens caput nec aliqua alia membra totius sui corporis
preterquam minimum movere. Deinde cepit cum manibus et pedibus more animalis
quadrupedis et per Sex Annos ita ambulavit credens id per intercessionem
Sancte Hedwigis quam invocavit contigisse nesciens proferrent aliquid